



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro miti omnium aduersitatum sufferentia, & plena sui in eis resignatione,  
Precatio XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

mam & nobilissimam humanitatem (quam æterna sapientia sibi exquisiuit) nudã super se solam stare permetteret. Nam pijsime Iesu, alioquin impossibile omnino erat: Diuinã scisci:ri iustitiã, pro tot & tantis, & tam incomprehensibilibus flagitijs, impudicitijs, turpitudinibus ab initio mundi vsque in finem commissis & committendis: idẽd omni priuatus solatio & consolacione in humana natura tua tantum perpeffas es tristitiarum & dolorum, quantum æterna sapientia tua pro iustitiæ exactiõne statuerat atq; definiẽrat, quantumq; pro iustitiæ ratione ac modo pro tot peccatis satis esset.

Quapropter nonam circiter horam voce magna, lugubri quærolaq; clamasti aduersam blasphemos illos denuõd te crucifigentes, passionemq; tuam tibi renouãtes, qui passionis tuæ gloriam imminuere conantur dicentes, non tam acerbam neq; tã tetris fuisse cruciatibus subditam tuam passionem, clamasti inquam vehementissima constrictus & actus angustia desolationemq; nimia ad Patrem tuum cœlestem, & ad tuam ipsius diuinam naturam: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Mat. 27. indicans nobis & simul ipsemet admirans & obstupescens tam immensam tuum erga nos amorem & bonitatem, ex quo ob vilissimos peccatores, ob scelestos & immorigeros præuaricatores, tot doloribus & angustijs, tantæ confusioni & ignominia, tam benigne & humiliter te submississes: immensam & incomprehensibilem prætereã hac voce magna, nobis denunciãns cordis tui dolorem atq; tristitiã, quod pro eo, te & Patrem cœlestem blasphemarent, vnde tibi laudes gratesq; agere, & æternaliter amare deberent: quodq; in animabus tam innumeris superabundantissima passio tua esset peritura.

*Pro miti omnium aduersitatem sufferentia, & plena sui in eis resignatione, Precatio XVIII.*

**O** Amantissime & dulcissime Iesu, afflictorum requies, & desolatorum consolatio, per hanc mœstissimam desolationem tuam qua ab omnibus notis & amicis, à Patre quoq; cœlesti, vt conquestus es, derelictus fuisti, obsecro te in Matt. 27. vnione amoris, quo omnium hominum onera portasti, fac me in omni tempore desolationis & tristitiæ ad te solum, tanquam ad fidelissimum patrem recurrere, te feruentissime humiliterq; inuocare, in te confidere, tibi me credere, in te solo sperare, de me penitus disfidere, auxilium & beneplacitum tuum constanter expectare, cunctas aduersitates meas cum gratitudine de manu prouidentia tuæ, & de voluntate paterni cordis tui suscipere: pro etiam tui amore, quam diu tibi placuerit, cum plenissima me ipsius resignatione, longanimiter ad laudem tuam, meamq; & Ecclesiæ tuæ salutem, in vnione amorosæ mortis tuæ sustinere: ita duntaxat, vt me tua gratia confirmes, ne vnquam te vel in modico offendam, vel à tantissima voluntate tua discedam. Atq; vnãam posse omniũ & singulorum, qui pro te passi sunt hominum, præsuras solus sufferre: vt qualemcunq; vicem redderem tuæ infinitæ & immensæ erga nos charitati.

Eta benignissime Iesu, ita quæso vnias voluntatem meam cum tuo sanctissimo beneplacito, vt aliud optare nequeam, quam quod tu vis, cum perfecta abnegatione cuiuscunq; proprietatis. Ecce me totum iacto in te, tu quæso suscipias, & non detelinquas me, Amen.

*Alio gratiarum pro spiritali & naturali Christi siti in cruce acerrima: iudem pro sellis & aceti potatione amarissima, nec non pro operu redemptionis nostræ consumatione fidelissima.*